

**M0009548: Female nude figure showing proportion, from Veslius:
Andreae Vesalii Suorum de humani corporis fabrica librorum epitome,
1543**

Publication/Creation

07 August 1946

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/u9zhdrdr>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

CITRA DISSECTIONEM OCCVRRENTIVM APPELLATIONES.



digitum hic etiam unguibus ornati sequuntur. Quanquam ubi de integrō pēde sermo instituitur, infima sedes qua calcamus plerūq; Plantæ, &c Veltigium, ibiusq; internū latus Concauū, superior uero Tarsus nuncupetur.

minulae ac rubentes, Male, & quibusdam Genæ uocantur. Sedes inter nasum & malas mediae nonnullis Concaua dicuntur, quo nomine ali totam oculorum sedem à palpebris ad malas metitam uocantur. Facie pars quam inflamus Bucca est, tota uero ipsius pars à percilijs ad elatiorem usque dentium seriem pertinens, Superior maxilla nominatur, reliqua autem quæ in uiris Barba decoratur, Inferior, cuius anterius extreum, Mentum nonnunquam souea ornatum educit, sub Labri inferioris rubore consistens. Elatioris labri sedes naſo subditæ, Sulculoq; donata, Mustax censetur. Quod labris circumscribitur & continetur, Os, quo hiante Lingua, Palatu, Gargareon, Dentes, Gingiuæ, internaq; Faucium sedes occurrit. Quod caput ad claviculas usq; aut thoracem excipit, Collum & Cervix est, & si posterius nomen magis posteriori parti accommodetur, ut & anteriorem qua aspera arteria, & potissimum ipsius caput tangentibus occurrit, Guttur dictam legimus. Humerus ueteribus uocabatur brachij ossis cum scapula articulus, unde & partem maximè ad collis radicem thoracisq; latera eminentem, Summum humerum discerunt. Quod ab illo prorsum uersus lugulum soueam'ue in collis radice obuium uergit, Clavicula est. Quod autem ab ipso ad extrema digitorum aciem protenditur, Manus: cuius prima pars (sub qua cuitas) Axilla aut Ala appellata, & musculus quis? Tendines permulti illi uocantur, confititq; ad proximum usque articulum. Cubitus uel flexum producita, Brachium, & Latinorum quibusdam Humerus dicitur. Posterior flexus illius sedes Gibberus est. Pars ab hoc ad terminum articulum ducta, Cubitus, & Latinorum quibusdam Brachium & Vlna. Ad cubiti extreum Summa manus incipit, cuius pars à cubito ad quatuor digitorum radices porrecta, in duas sedes partitur: ac cubito propinquior Brachiale est, alia Postbrachiale, quæ à constructionis specie cum pectore etiam Pectus, à quibusdam Palma nuncupatur. Huius interior sedes caua ac uarijs monticulis sepra, multisq; lineis interstincta, Volam efficit. Reliqua summe manus pars, Digihi sunt, singuli ternis partibus tanquam in acie locatis efformati, & exterius Vnguis ornat. Horum maior alijsq; actione oppositus Pollex est, illi proximus Index, dein Medius seu Impudicus, cui proximus est Medicus & Anularis. Extimam uero sedem occupat Parvus, Auricularis ue. Thoracem hinc nominamus corporis trunci partem Costis septem, maximamq; se den. Laterum efformantem: cuius anterior sedes Pectus est, quam Mamilla, atq; in illarum medio Papilæ sume obsuso ipfas ambientes circuito vespertina. Reliquæ arciuor trunci sedes Abdomen constituit, cuius regio pectoris ossis cartilaginei & costarum cartilagineis illa humilioribus proxima, perinde. Subcartilaginea nuncupatur, ac uiscera cartilagineis illis complexa. Sic quibus septu transierunt præcordia appellatur, sedes in quam id cartilagineis inseritur, Præcordiorum nomen obtinuit, quanquam rursum alijs ita etiam thoracis anteriorem sedem nuncupent. Quod sub infirmis costis & ilium ossis spina (que mulieribus multo magis quam uiris educitur) ossibus destituitur, tangentibusq; cedit, Inania sunt & Ilia, in quorum ueluti medio Vimilicus cernitur, sub quo mox Sumen, cuius infima sedes trunci termino proxima, Aqualiculus nuncupatur. Terminus autem ubi hic Pudenda & Naturalia consistunt, Pubes est & Pecten, ad cuius latera in senorum flexu Ingua reconfemus. Maris pudendi pars citra sectionem conspicua, Penis & Coles uocatur, cuius summitas magis quam reliqua longitudine crassescet, Glandem efformat, in cuius medio meatus urinæ seminiq; communis conspicitur. Huius inuolucrum Præpucium est, licet alijs tota penis summitas ita nuncupetur. In inuolucro reliquæ ad anum cutis protuberantæ furturæ modo lineam uocamus Suturam, & totam hac exorrectam extuberantemq; ad anum usque penis partem Taurum. Vti & sedem inter testium inuolucrum (quod ex cuti paratum Scortum dicitur) & anum conspicuum. Interfeminium nuncupamus. Muliebris pudendi rima, quæ uteri cervicis est orificium, Sinus uocatur, quem Alæ & Colles utrinque prominentes, & cuticularis in ipsius summo apparet, cauo ornant. Recti intellecti orificium per sedem prodicens, à figura Anulus, & ab officio Trictror appellatur. Posterior trunci corporis pars, Dorsum aut Tergu ferè nuncupatur, cuius latera in elationi posterioris thoraci sede Scapulis constitutæ. Inter ipas uero medius & dorsi sedes hinc ad infinitas usq; costas, aut ubi id maximè in flexu protuberat, pertinens, thoraci ascribitur, ac post septum transuersum consistit. Sedes uero hanc ad nates usq; sequens, Lumbos complectitur. Sunt autem Nates carnea & globosa sedes, illi ossili occupates dorsum, in quarum medio sacri ossis & coccygis posteriores processus uelut excarnes ad anum usq; occurunt. Vbi articulus femoris percipitur, magnusq; Rotator extuberat, Coxendix est, aut Coxæ, quod nomen alijs Femori ascribunt, ab inguinibus ad Genu pertinenti: cuius posterior sedes & flexus Poples nuncupatur. Genu ad proximum usq; articulum pedis ue initiu Tibia subsequitur, quæ nonnullis Crus nominatur, & si plures id nomen simili tibiae femoriq; ueluti esse comune. Anterior tibiae sedes osse tangentiis occurrit, posterior autem ubi ipsius Venter seu Sura cernitur, carnea. Tubera ad tibiae innu utriq; uelut ossea tangentiis obvia, Malleoli, inutiq; uero Tarsus illis exceptus recor litusq; nominatur. Postica pedis pars extra tibie rechitudinem retrosum prominens, Calx appellatur. Reliquæ uero pedis superficiariæ sedes prorsus ossium nomenclaturâ assument, potissimum autem Tarsi, Pedis seu Pectoris, quod